



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Scelus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE GLADIO. CAP. LV.

Post arcum & sagittas, jacula, pilaque & scuta demum, Gladius locum habeat, cujus plurimus ex omnibus armis usus,

CRUDELITAS. CAP. LVI.



Orbi Regie crudelitatis

Id vero præcipuum ejus erat hieroglyphicum, ut pro crudelitate poneretur, cujusmodi nuncupatione Ægyptii Ochum appellare soliti sunt, qui quidem Persarum Rex omnium crudelissimus, ac maxime formidabilis, cæde omnia sedavit, quacunq[ue] per Ægyptum progredere- tur, quodque apud eos inexpiabile facinus habebatur, Apin ipsam jugulavit, & amicis epulandum apposuit, atque ita universam Ægyptum unius animalis cæde luctuosam fecit, tanto is odio gentem eam persecutus est.

SCELUS. CAP. LVII.

Præfectum gladio sinciput, scelestum indicabat facinus: ita enim αὐτοκότης interpretabimur ex Hori Nilaiici dictatis.

Crudelitas præfagium

OCHUS PERSARUM REX. CAP. LVIII.

Quare apud Ægyptios machææ nomen imagove, in Regum nomenclatura pro nomine Ochi hieroglyphicè exponebatur, atque ita recensebatur, ab instrumento eo tam lethali sumpta similitudine. In Asino sane dictum, quoniam argumento Persarum Magi crudelitatem in eo ab initi Regni principio præfagiverint: quia scilicet Artaxerxe patre defuncto, in ingressu regni lautiori, ut sit, mensa ex pluribus eduliorum condimentis apposita, Ochum animadverterunt manus primum ad cultrum injecisse, mox ad panem, & carnes, quas avide & immoderate comedit.

VERBA. CAP. LIX.

Diogenes verba gladio comparavit, cum adolescentem formosum admosum turpia quædam fabulantem audivisset: Non te inquit, pudes ex eburnea vagina plumbeum gladium exercere? Invenies vero passim de maledicis verbis proscindere: & eloquentiam ipsam esse gladium, & gladium in ore alicquem gestare, qui ut ait Horatius, sit

Qualibet in quemvis opprobria fingere servus.

Et sacra nostrorum litera linguam gladio saepe comparant, ut Psal. 58. Lingua eorum gladius acutus, & subsequenti: Exacuerunt ut gladios linguas suas, ubi quidem de calumniis & insidiis sermo est, quæ ab hostibus parabantur. Aliter apud Paulum, cum ait, vivum esse Dei sermonem, & efficacem, & omni gladio acipiti acutiorem, penetrabilioremque. Hebr. 4.

Diogenis dictum. Hinc spectare potest illud D. Hieronymi ad D. Augustinum, Nulle litus gladius. Ad verbum ab Erasmo Chil. i. cen. i. pro. 1. Gladium acutum a-Vertas.

PERICULOSUS. CAP. LX.

Quod vero declinatum subterfugio acutum gladium Pythagoras monuerit, dicens οὐδέτις ποδὶ χαιροῦν δάσος ἐφ' ἑνὶ, plerique symbolicum sensum secuti, a periculosis negotiis abstinentium interpretantur.

JUSTITIA. CAP. LXI.

Juniorum autem inventum est justitiæ severitatem atque rigorem, per exertum enses manu virginea prætentum significare, cui ad æquitatis judicium trutinam etiam addidere. Sedenim apud veteres aliter traditum inveni, qui justitiam cum libratibus omnino lancibus in læva figurabant, sed in dextera non enses, sed fasces cum adalligata securi statuebant, merita æquaq[ue] ex hujusmodi hieroglyphico